

Band III., Nr. 692, Seite 172

Papst Honorius III. nimmt das Kloster Schöntal samt dessen Besitzungen in seinen Schutz und bestätigt demselben insbesondere die von den edeln Männern Heinrich von Langenburg und Konrad von Krautheim und deren Kindern dahin übergebenen Güter.

Tivoli, 1225. Mai 18.

Honorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . . abbati et conventui monasterii in Schonendal, Cisterciensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis precibus inclinati, personas vestras et locum in quo divino vacatis obsequio, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum prestante domino iustis modis poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem agros, vineas, prata, possessiones, nemora et redditus a nobilibus viris H. de Langenberc et C. de Crutheim et eorum fillis monasterio vestro pia liberalitate collatos ac alia bona vestra, sicut ea omnia iuste, canonice ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Tibur^a, XV. kalendas Iunii, pontificatus nostri anno nono.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Die Bulle fehlt nur ein Stück der gelb-roten Seidenschnur ist erhalten. Auf der Plica links . P ., Als Dorsualvermerk ein großes N mit einem Kreuz darin und vier Punkten in dessen Winkeln.

^aIn der Urkunde ist ein Abkürzungsstrich über *ur*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 12

Regesten:

AUGUST POTTHAST (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum MCXCVIII ad annum MCCCIV, 2 Bde., Berlin 1874-75, Bd. 1, S. 639, Nr. 7411. Schmidt: Papsturkunden, Bd. 1, S. 41, Nr. 84.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Tivoli

Aussteller:

Honorius III.; Papst

Ortsindex:

Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN

Krautheim Wohnplatz (2421)

Krautheim, KÜN

Langenburg Wohnplatz (3008)

Langenburg, SHA

Rom, Latium, Italien

Tivoli, Latium, Italien